



Paradisus nomen quum occurrat in *tertio* Christi Salvatoris de Cruce prolato *verbo*, paullisper fuerit excutiendum. In Biblijs Ebraicis *tertia* tantum *vice* legitur, *semel* in plurali, ut in *Salomonis Cohaletb c. 11, 5*: פֶּרִי הַיַּיִן: & *Hexra 11*. (qui & *Nebemiab* dicitur) *cap. 11, v. 8*: *Cantic. IV, 13*: in singulari numero פֶּרִי הַיַּיִן. Totidem quoq; locis legitur παραδεισος in *textu N. Testamenti*, nempe, *Luca XXIII, 43* ἐν τῷ παραδείσῳ *11. Cor. XII, 4*: εἰς τὸν παραδεισον, & *Apocalyps. 11, 7*: ἐν μέσῳ τῶ παραδείσου τῶ θεῶ. *Matthias Martinus* in *Lexico Philologico* autumat vocem esse compositam ex פֶּרִי *fructificare* (unde *Latinorum fruor, fructus, fruges*, *Germ. Frucht* &, in hoc quidem significato, φέρω, *fero*, ἔχ) *bringe*; sc. Frucht: in his enim omnibus exprimuntur priores duæ radicales literæ) & נֶשֶׁר, *herba tenera, berbula, voluntaria seu sponte nascens & insativa*, uti explicat *Buxtorfius*: sed nec alteram improbat *laudatus Martinus*, quam in *Lexico N. Testam.* affert *Georgius Pasor*, cui videtur composita esse vox ex eod. פֶּרִי & הַרְסִי *myrtus* (ex quo posteriori nonnulli arcessunt nomen urbis *Edessa* in *Mesopotamiâ*, olim *Rages* (*) dictæ, cuius *Toparcha* fuit *Abagarus* sive *Abgarus*; & nomen *Estheræ* reginæ, quæ & ipsa appellatur *Hadassa* *Esther. 11, 7*: à quo nōmine non multum abludit *Atossa* apud *Herodotum*). *B. Joh. Gerhardus* observat (*cap. XV. Harmon. Passionis*) *Julium Pollucem* tradere, quod *Paradisus* sit vox origine *Persica*; ipse verò statuit, *Persas* ab *Ebrais* eandem accepisse. Quicquid hujus fuerit, ex *Oriente* tamen ad *Græcos* pervenit παραδεισος, & ad *Latinos* paradisus, à quibus & nos accepimus *Paradisus* & *Paradeisus* (uti ex *πολιτεία Ροῦλικῆ*): ut adeò opus non fuerit *Suida* composuisse ex παρα & δένω seu δένω *irrigo*; vel, παρα τὸ δένω ποιῆν h. e. βοτανῶν συλλογὴν, δένω est ἡ ὑγρασία. *Henric. Stephanus* in *Indice Lexici* aliquot locos ex *Xenophonte* adduxit & *Plutarcho*, quibus hoc vocabulum usurpârunt: dicit autem significare *Agrum conseptum ac diligenter consitum omnis generis plantis ad delectationem principum*, qualem *Cyrus minor* *Darij Nothi Fil.* *Lyfandro*

Lace-

(*) *Heidmanus* verò in *Palæstin. c. IX. num. 180. 181*, *bas duas urbes distinguit* facit.